

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Curiositas aq
cum fonte primo

Ista liberalium arcium consecratio molestos, intempestiuos,
uerbosos sibi placentes facit et ideo non discentes necessaria
quia superuacua didicerunt.

Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus?
Non quia uirtutem dare possunt
sed quia animum ad accipiendam uirtutem preparant.

Seneca ibidem (LXXXVII. epistola).

Quid quod
ista liberalium artium consecratio molestos, uerbosos, intempestiuos,
sibi placentes facit et ideo non discentes necessaria
quia supervacua didicerunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 88.37
(L. Reynolds ed., vol.1, p.321, ll.8-11).

‘Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus?’
Non quia uirtutem dare possunt,
sed quia animum ad accipiendam uirtutem praeparant.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 88.20
(L. Reynolds ed., vol.1, p.317, ll.13-16).